



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Stephanus M. 26. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

802 VITÆ SANCTORUM. 26. Dec.  
lesces. Vos quoque ite suspiria, & algem-  
tem fovete. Eia brachia in fascias; in bal-  
nea oculi abite. Denique ignoscite, qui  
aëra & rusticos mulcetis, silete Angeli.  
Præ omnibus modulis vestris vox opti-  
ma, vox vagientis placet.

Ecce offertur tibi IESU S; curre obvii  
enanibus, extende manus, expande si-  
nus; devotionem tuam probet tam actus,  
quam affectus. Filium qui tibi offertur,  
suscipte fide, amplexare affectu, semperque  
interubera commoretur. Guerric. Serm. 2.  
de Nativ. Dom.

S. STEPHANUS M. 26. Decembri.

Primus pro fide Christianâ sanguine  
suo STEPHANUS subscriptis, ut  
purparati in calo agminis antefignanus  
non immerito habeatur. Sapientiâ  
Deoque plenus, eoque ab Apostolis in-  
ter VII. principes Diaconus adiectus,  
mirum est, quam multis magnisque pro-  
digiiis sive Christianorum animos erex-  
erit, sive frigerit dejeceritque Iudaorum.  
Et movit ea res bilem indurato ad om-  
nen malitiam populo, ut, veluti legem  
profanasset, in jus raperent. Sed ille pro  
Deo, & se ita dixit, ut ad oculorum  
verborumque fulmina attoniti omnes  
hærerent, jamque non in hominem  
pugnare se, sed Angelum crederent.

ste

26. Dec. VITÆ SANCTORUM. 803  
STEPHANUS hoc acris victis instare, tunc præsertim, cum ad spectaculum calo se effundente, virtutis arbitrum ponè dextram Patris stantem Christum habere se vidit. Itaque cum urbe exturbatus saxis obrueretur, in genua subsidens egregius triarius fortissimè omnia exceptit; DEO identidem nunc se, nunc hostes suos commendans. Et licet horum caussa pessima esset, tam bono tamen patrono perorante, veniam impetravit Saulus, non ita multo post Christo conciliandus, & in Paulum mutandus. Tam verum jam tunc fuit, Martyrum sanguinem Christianorum semen esse.

Ex Act. Ap.

Etiam nos exemplo S. Stephani pro Domino pugnare non pigeat. Indicta nobis est pugnandi necessitas. Implacabiles sunt adversarii nostri, contra quos spiritualia arma sumenda. Corde certandum est, & corde vincendum. Laur. Iust. serm. de S. Steph.

S. MARINUS M. 26. Decembris.

Age Sparta, & vel omne juventæ tuæ robur cum unius adolescentis MARINI fortitudine compone. Hic Romanus, & patricius, flagra tamen ecce concoquit. Catenas ut torques induit. Carceri ut palatio arridet. Suspensus

Ecc 2

ab